



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -  
Cum Indicibus

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1674**

Cap. VIII. Ad tit. XXVI. & XXVII. de officio Sacristae, & custodis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10241**

ctione mentio est. Quanquam Johannes Diaconus libro 2. de  
**Scholas** vitâ sancti Gregorii Pape ipsam hanc scholam sanctum Grego-  
**Cantorum** rium constituisse scribit, quod potius de ejus quadam reformatio-  
**an institue-** ne sive restitutione intelligendum esse opinor, quam de primâ in-  
**rit Grego-** stitutione, quam longè ante fuisse necesse est. De hac scholâ  
**rinius Papa.** Cantorum hujusmodi statutum reperi in libro pervetusto Roma-  
**Statutum,** ni ordinis. Primum in quacunque scholâ reperti pueri benè  
**vetus de** psallentes, tollantur, inde nutriantur in scholâ cantorum, & postea  
**Primicerio** sunt cubiculari: Si autem nobilium pueri fuerint, statim in cu-  
**ordinis Ro-** biculo nutriantur & hanc accipient potestatem ab Archidiacono,  
**mani.** ut liceat eis super linteum villosum sedere, quod mos est ponere  
**Chorus** super sellam equi. &c. Schola porrò cantorum in plutes choros  
**quid, secun-** dividebatur. Chorus autem, auctore Isidoro, propriè est multitu-  
**dum Isidor.** do canentium, inde dictus, quod initio in modum coronæ cir-  
**Parapho-** cum aras starent, & ita cantores psallerent. In scholâ cantorum  
**nista.** post Primicerium quatuor majores reliquis erant, primus, secun-  
dus, tertius, quartus scholæ vocati. Quarum tres primi para-  
phonistæ, quartus verò archiparaphonista dicebatur. Cujus of-  
ficium erat Pontifici de cantoribus, cum quid opus erat, nunciare.  
Ita libelli Romani ordinis.

## C A P. VIII.

Ad tit. XXVI. & XXVII. de officio Sacristæ,  
& custodis.

## S U M M A R I A.

1. *Sacrista Archidiacono subest.* 3. Σκευοφύλαξ.

2. *Thesaunarius.* 4. *Custos, officium dignitatis;*

**Sacrista Ar-** **E**t Sacrista quoque Archidiacono subest, idem qui Thesau-  
**chidiacono** rarius, qui custodit vasa sacra, κευθία, ut Balsamon vocat  
**subest.** Ioan. 12. syn. 7. C Polit. totumque Ecclesiae thesaurum. Ita  
**Thesaura-** accipit Cæsarius lib. 1. de mire. c. 35. Cum esset, ait, tempore  
**rius.** quodam hebdomadarius coquine & sabbato secundum consuetudinem lavaret pedes Monachorum, (Godefridus scil.) dicto comple-  
torio, cum clausisset oratorium, erat enim Sacrista, apparuit ei linteo.

pr. &c.

*precinctus.* Dicitur etiam Fulberto epist. 103. Capitiarius, apud Codinum, Σκευοφύλαξ lib. i. Propter hujus officii gravitatem, Σκευοφύλαξ. continua ab eo requiritur residentia.

Officium Custodis est inter dignitates, non nudum ministerium. Refertur enim cap. ult. b. t. à Concilio Toletano inter tres columnas Ecclesiae, post Archidiaconum & Archipresbyterum: Sed de hoc nihil certi definiri potest, propter varias Ecclesiastum consuetudines, ad quas omnia hæc officiorum & dignitatum jura referri debere benè monet Glossa.

## C A P. IX.

## Ad tit. XXVIII. capit. I. de officio Vicarii.

S U M M A R I A.

1. *Vicarius Episcopi.*3. *Missus.*2. *Officialis.*4. *Creditus Episcopi.*

**T**itulus in primâ Compilatione ita concipitur: *De officio Vicarii & ejus beneficio.* Vicarium Episcopus sibi constitutere potest, immo & debet. *can. cum simus. 3. caus. 9. q. 3. can. In Episcopi. nov. 22. c. 16. q. 7. c. quoniam 14. de off. jud. ord. c. Roma- na. & tot. tit. de offic. vicarii in 6.* Adeo, ut moram faciente Episcopo datio vicarii devolvatur ad Metropolitanum, *c. ult. de suppl. negl. Prælat. in 6.* Hic alias & Officialis dicebatur. *cap. ex frequen- tibus 3. X. de Insti- c. in tantum. x. de Simon. c. cum generali. de off. Vic. in 6.* Item & Missus Episcopi, *c. 1. de frig. & malef. ad diffe- rentiam Missorum dominicorum.* Idem dicebatur & creditus *Creditus B- Episcopi, & creditarius, apud Gregorium Turonensem lib. 9. c. 10. p. 10. Episcopi, & in vita Ludovici Pii & apud Aimon. Contin. lib. 5. c. 10. Sed ho- dicus alias est vicarius atque Officialis. Nam vicarius habet juris- dictionem spiritualem, extra judicialem, non contentiosam, quæ in jure judicioque versatur.*

In cap. I. habetur decretalis Alexandri III. ad Episcopum Norvicensem, de quo Ecloga 2. c. 12. supm. Nec non ad Archidiaconum Gualterum; Ita enim sigla G. legenda est, ut codex Tarragonensis & Barcinonensis habent, quibus consonat MStus Salanus. Hugo Presbyter Monachos de Ramescia. (Ita enim concilium